

à Sede concessis usum, nisi quamdiu in Regno ero, & sua majestati Christianissima placuerit, adeo ut certior factus de illius voluntate, illi convenienter Legati nomen, & jus continuò sim depositurus: simulque omnium quæ geruntur à me, legatione finita, codicillos relicturum in manibus ejus quem voluerit sua Christianissima Majestas: ita in leges & statuta & consuetudines Regni servaturum, nec ullo modo auctoritati & jurisdictioni Regiæ, juribus, libertatibus, & Privilegiis Ecclesiæ Gallicanæ & universitatum derogaturum.

XVI. Prædicti articuli modificationum & reliqua usum Regni Galliæ exponentia si attendantur, & conferantur cum moderna Belgii nostri Praxi, apparebit, in multis moribus Belgicos hac in parte Gallorum moribus consentire.

Et quidem Philippus II. Hispaniarum Rex in literis *Placeti* super Legatione Caroli Carassæ in has Provincias, datis Bruxellis 18. Decembris 1557. postquam declaravit, "quod dictus Carassa sibi exposuisset, se nolle in hisce Provincias nisi Facultatibus seu Bullis suæ Legationis sine notitia & consensu Regis, quem postulari fecit, dicit se consensisse, atque per præsentem consentire, ut Legatus suis *Facultatibus* & *Bullis* utatur; ita tamen, quod non poterit præjudicare indultis aut Privilegiis Regis nominandi ad Monasteria, Dignitates ac Beneficia in his Provincis; neque etiam ordinationibus aut edictis publicis harum Provinciarum quod non derogabit Jurisdictioni laicorum; neque ulli fundationi quovis prætextu, quod non utetur præventionem in præjudicium Ordinariorum Collatorum Beneficiorum; non poterit quoque dispensare super retentione duorum Beneficiorum Curatorum, neque duorum Beneficiorum in eadem Ecclesiâ quodque hi qui ab eodem Legato obtinebunt quamcumque gratiam, provisionem aut Bullam, nisi ut non poterunt sine prævisis literis *Placeti Regis*, quemadmodum, ait, observare. Solemus in omnibus provisionibus & Bullis Apostolicis. Habentur hæc litteræ in quodam libello continente Privilegia nominationum Lovanensium; nec non diversa alia indulta nominandi ad Beneficia & Dignitates Principibus Belgii indulta, in pressio Leodii apud Matthiam Hovium anno 1663. pag. 137.

XVI. Auctoritasque Nuntiorum Apostolicorum in Gallia ac Belgio ferè in his consistit.

Primo in concedendis rescriptis, quibus designantur Judices Synodales in partibus, qui de causis per appellationem aut alium quemcumque titulum ad Sedem Apostolicam devolutis, cognoscant & judicent.

Secundo, in concedendis dispensationibus, vel conferendis Beneficiis aliisve gratis elargiendis, quæ privatim ad Sedem Apostolicam eas per Legationis Bullas seu Facultates

Legatis seu Nuntiis censuerit communicandas.

Tertio, ipsi Nuntii etiam hodie vice Pontifices in Provinciis pro fidei integritate & conservatione, nec non Canonum custodia excubare debent; atque apud Reges & Principes tamquam Ministri Pontificii negotia Pontificis procurare. Solent quoque Pontifices per Nuntios tamquam suos Ministros apud Principes & Reges in Provinciis agere omniaque per manus ipsorum transire solent. Ipsi quoque omnia majoris momenti Romano Pontifici atque Curia Romana referunt; quæque agenda sint à Pontifice expectant, atque de singulis Pontificem ac Curiam Romanam informant. Quare à vero aberrare non videntur, qui hodiernos Nuntios Apostolicos, pristinis Apocrisariis & Responsalibus (de quibus capite præcedenti) comparari posse credunt.

XVIII. Indubitatum quoque est, non exiguum etiam hodie esse Nuntiorum apud Principes & Ecclesiæ Prælatos auctoritatem, propter reverentiam & eminentiam Sedis Apostolicæ, cujus ipsi vices gerunt, & pro qua Legatione funguntur; quodque Plurimum Ecclesiæ suæ auctoritate prodesse possint, præsertim si tales sint, quales Sanctus Bernardus lib. 4. *De Considerat. ad Eugenum cap. 4.* describit: "Qui missi post aurum non eant, sed Christum sequantur. Qui questum Legationem non æstiment, nec requirant datum, sed fructum. Qui Regibus Joannem exhibeant, Ægyptiis Moysen, formicantibus Phinees, Heliam idololatris, Heliseum avaris, Petrum mentientibus, Paulum blasphemantibus, negotiantibus Christum. Qui vulgus non spernant, sed doceant: divites non palpant, sed terreat, pauperes non gravant, sed fovant: minas Principum non paveant, sed contemnant. Qui non cum turba intrent, nec cum ira exeant: qui Ecclesias non spolient, sed emendent. Qui marsupia non exhauriant, sed corda reficiant, & crimina corrigant: famæ provideant suæ; nec invideant alienæ. Qui orandi studium gerant, & usum habeant, ac de omni re orationi plus fidant, quam suæ industræ vel labori. Quorum ingressus pacificus, non molestus exitus sit. Quorum sermo edificatio, quorum in vita justitia, quorum præsentia grata, quorum memoria in benedictione. Qui se amabiles præbeant non verbo, sed opere: reverendos exhibeant, sed acta, non fastu. Qui humiles cum humilibus, & cum innocentibus innocentes, duos durè redarguant, malignantes coercerent, reddant retributionem superbis. Qui non de dote viduæ, & patrimonio crucifixi se vel suos ditare festinent, gratis dantes quod gratis acceperunt, gratis facientes judicium injuriam patientibus, vindictam in nationibus, increpationes in populis. Qui de tuo denique spiritu illorum instar septuaginta Moysi accepisse cernantur, per quem sive absentes, sive absentes contendant placere tibi, placere Deo."

1. *Quatuordecim primum fuere Diaconorum Cardinalium titulis, quibus quatuor alii additi.*
2. *Primus Leo X. octodecim titulis Diaconorum Cardinalium novum addidit.*
3. *Olim fuere 28. tituli Presbyterorum Cardinalium; & quamdiu numerus ille manserit immutatus?*
4. *Episcopi Cardinales Romæ multis sæculis ignoti fuere; & quomodo initium habuerint?*
5. *Quomodo numerus Cardinalium subinde diminutus, & subinde nimium auctus fuerit?*
6. *Synodus Basiliensis limitavit ad viginti quatuor.*
7. *Sixtus IV. numerum primum valde ampliavit.*
8. *Hodie ad septuaginta redactus.*
9. *Antiquitus Cardinales Ecclesiæ Romanæ erant ipse Clerus illius Ecclesiæ; quem Presbyterium dicebant.*
10. *Presbyteri aut Diaconi Cardinales olim supra reliquos Clerum non eminebant.*
11. *Multis sæculis Episcopi prælati fuere Cardinalibus.*
12. *Dignitas Cardinalitia cum dignitate Romani Pontificis sensim crevit.*
13. *Circa sæculum XII. ceperunt Cardinales Episcopi.*
14. *Pileus rubens aliæque insignia Cardinalibus data.*
15. *Quando Cardinales dicti sint Eminentissimi?*
16. *Cardinales nullo alio titulo quam Cardinalitio uti possunt.*
17. *Cardinalitia dignitas omnem aliam suo splendore absorbere videtur.*
18. *Cardinales nonnumquam Episcopi indignè tractantur.*
19. *Bartholomæus De Martyribus conqueritur Episcopalem dignitatem per Cardinalitiam in vispendium venisse.*
20. *Præcipuum officium Cardinalium olim fuit incendere Ecclesiis suorum respectuæ titulorum.*
21. *Hodie præcipuum ipsorum officium est, assistere Pontifici, ratione cuius postmodum suum nomen mutaverunt.*
22. *Cardinales hodie cum Pontifice majora Ecclesiæ negotia agunt.*
23. *Quæ qualitates in Cardinalibus requirantur.*
24. *Instituta sunt Cardinalium Congregationes pro negotiis dirigendis.*
25. *Varia harum Congregationum species.*
26. *Quarum Congregationum notitiam habere hic conveniat?*



Multis retro sæculis notissimum fuit Cardinalium in Ecclesiâ nomen; sed à modernis Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus planè diversum.

Episcopus quippe Cardinalis antiquitus dictus fuit, omnis ille Episcopus qui Ecclesiæ alicui Cathedrali erat intitulus sive *incardinatus*; hoc est, proprius illius Ecclesiæ Episcopus.

Similiter Presbyter, aut Diaconus Cardinalis vocatus est, qui alicui Ecclesiæ aut loco pio tamquam *ordinarius*, & proprius Presbyter, aut Diaconus erat intitulus, sive *incardinatus*.

II. Hujusmodi Episcopi, Presbyteri & Diaconi vocabantur *Cardinales*: quia, sicut *cardo* fixus, & immobilis; ac circa illum valvæ volvuntur; ita quoque circa illos Episcopos, Presbyteros ac Diaconos; tamquam *fixos* & proprios Ecclesiarum *cardines*, populus eorum curæ committitur in Ecclesiastico regimine, & animarum cura quodammodo volveretur.

III. Verbo, Episcopi, Presbyteri & Diaconi *Cardinales* in hoc unice ab aliis *non Cardinalibus* differabant, quod illi tamquam *propriis* & quasi *fixi* ac *immobiles* Ministri, Ecclesiis suis essent intituli: hi verò tamquam *adventitii* & *subsidiarii* alicui Ecclesiæ essent assignati; atque ita juxta veterem *Cardinalium* nomenclaturam, hodierni Parochi verè dicebantur Presbyteri *Cardinales*; Vice-Pastores verò *non Cardinales*.

Van Espen Jur. Eccl. P. I.

Hoc sensu Gelasius I. in literis ad Cælestinum Episcopum apud Gratianum *Dist. 24. Can. 3.* Pontificem *Cardinalem* opponit Pontifici seu Episcopo *Visitatori*; qui scilicet dumtaxat ad tempus alicui Ecclesiæ tamquam *Visitator* invigilat.

Meminit quoque hujusmodi Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum *Cardinalium* non semel S. Gregorius.

IV. Et quidem, cum Isauriæ Episcopus, ob imminentes hostes: refugium habuisset in insulam Gorceyam, atque ad Ecclesiam quamdam istius insulæ se cum sua plebe recepisset, velletque in illa non tantum corpus Sancti Donati, quod secum attulerat, collocare & consecrare; sed in super *Pontificata* exercere, atque ea de causâ lis inter Episcopum Isauriæ & Episcopum hujus insulæ orta ellet, rescribit huic Sanctus Gregorius lib. 12. *Epist. 2.* Sacerdotes vel Clerum Isauriæ civitatis ab illa Ecclesiâ non esse repellendos, "sic tamen, inquit, ut Dilectioni tuæ in cuius Parochia (id est Diocesi) castrum ipsum est positum, emissâ procuretur cautione mutatio, per quam promittat Episcopus Isauriæ, nullam sibi in eo potestatem, nullum privilegium fore, nullam jurisdictionem, nullam tamquam *Cardinalis* Episcopus ulterius auctoritatem defendere: sed post pacem Deo propitio redditam ablato venerabili Sancti Donati, si maluerint, corpore, ad propria se modis omnibus revertere."

Hic Gregorium per Episcopum *Cardinalem* intelligere proprium *fixum* & *ordinarium* Episcopum, perquam manifestum est: quapropter Vir Eruditus Petrus Grissanvilæus in notis ad citatam epistolam, verbo, *Cardinalis Episcopus*, sine ulla hæsitacione hanc notam apposuit: *id est, TITULARIS* sive *PRINCIPALIS*, ut in epistola sequenti; sive *PROPRIUS*, ut in epist. 8.

V. Presbyterorum *Cardinalium* & non *Cardinalium* in eodem sensu frequens quoque apud S. Gregorium est memoria.

Et quidem rescribens Castorio Episcopo Ariminensi, ut postulante Timothea illiusiæ Oratorium pro ejus devotione in honorem Sanctæ Crucis absque *Missis publicis* solemniter consecraret, hanc cautionem apponit: "Ita ut in eodem loco nec futuris temporibus baptisterium constructuratur, nec Presbyterum constituas *Cardinalem*" *Lib. 2. indict. 10. epist. 9.*

Similiter scribit Episcopo Firmiano, ut cuidam suo Diocesano Oratorium pro sua devotione extruat; eadem rursus addita conditione, ut consecratur absque *Missis publicis*; & ut in eodem loco nec futuris temporibus baptisterium constructuratur, nec Presbyterum *Cardinalem* constituat.

Hic videmus Gregorium nolle ordinari *Presbyterum Cardinalem*: at verò scribens eidem Episcopo pro consecratione Ecclesiæ, quam quidam ejus Diocesis Comes in suo Castro suoque sumptu constituit & dotare volebat, vult, Presbyterum ibi constitui *Cardinalem*. *Lib. 10. indict. 5. epist. 12.*

Ratio verò cur hic Presbyterum *Cardinalem* constitui præcipiat, & alibi inhibeat, hæc est; quod Oratoria, de quibus in prioribus epistolis, solummodo constructuratur & dedicantur ad alicujus privatam devotionem; nequaquam verò ad publicas synaxes, seu publicos populi conventus. Quare & absque *publicis* *Missis* consecrari debebant. Per *Missas publicas* enim intelligit Gregorius juxta phrasim illius temporis, *Missas* ad quas una cum suo Pastore *plebs* convenire debebat.

Oratorium autem de quo in postrema citata epistola, non pro privata Comitum devotione destinabatur, sed in super, ut ad illud populus convenire posset. Sic enim scribit Gregorius: "Presbyterum quoque te illic constituit volumus *Cardinalem*, ut quoties præfatus Conditor fieri sibi *Missas* fortasse voluerit, vel *Fidelium concursus* exegerit, nihil sit, quod ad *Missarum* sacra exhibenda solemniter valeat impedire.

In hoc ergo Presbyterum *Cardinalem*, id est, proprium & *fixum*, quem hodie *Curatum* sive *Plebanum* dicereamus, constitui vult pro populi ibidem convenientis dire-

## TITULUS XII.

### De Congregationibus Cardinalium.

#### CAPUT I.

De Origine, & Dignitate, & Officio Cardinalium.

1. *Qui dicti olim fuerint, Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales?*
2. *Unde olim dicerentur Cardinales?*
3. *Quomodo Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales, asringuerentur à non Cardinalibus?*

4. *Episcopum proprium Ecclesiæ S. Gregorius vocat Cardinalem.*
5. *Eodem sensu dicit Presbyterum Cardinalem.*
6. *Diaconum Cardinalem eodem sensu accepit.*
7. *Olim non tantum in Ecclesiâ Romana, sed etiam in aliis erant Presbyteri & Diaconi Cardinales.*
8. *Etiã seculo XI. Presbyteri Ecclesiarum Parochialium dicti sunt Cardinales.*
9. *Quæ primitus fuerint Diaconie in Urbe Roma?*
10. *Quomodo paulatim transierint in titulos Cardinalium.*

21 Qua-



directione; at in illis Presbyterum non *Cardinalem*; ſive, uti hodie diceremus, *Cappelhanum*, ſive Presbyterum non fixum; ab Epifcopo tamen poſtulantur, ſi Fundator Oratorii ibi Miſſas celebrari velit: uti expreſſe monet S. Gregorius.

VI. De Gratiano Diacono ad Metropolitanum Epifcopum ita ſcribit idem Pontifex *lib. 5. indiſt. 14. Epif. 11.* & refertur à Gratiano *diſt. 71. Can. 5.* „Fraternitatem tuam nobis petiſſe recolimus, Eccleſiæ Beneficiæ Diaconum tunc concederemus Eccleſiæ *Cardinandum*. Et quoniam nec Epifcopum, cui obſecundare, nec propriam habet Eccleſiam, hoſte ſcilicet prohibente, quo ſuum debeat miniſterium exhibere; petitionem tuam non prævidimus diſſecandam. Idcirco ſcriptis tibi præſentibus eum neceſſario duximus concedendum, habituro licentiam Diaconum illum, noſtra interveniente auctoritate, Eccleſiæ tuæ Deo propitio, conſtituere *Cardinalem*.”

Itaque etate S. Gregorii, Epifcopi, Presbyteri & Diaconi *Cardinales* proprie erant, Epifcopi, Presbyteri ac Diaconi qui Eccleſiis erant intulati ſeu *incardinati* tanquam *fixi* ac *proprii* illarum Eccleſiarum Paſtores & Miniſtri.

VII. Hinc non tantum in Eccleſia Romana, ſed in omnibus paſſim Eccleſiis erant Presbyteri ac Diaconi *Cardinales*, præter *Cardinalem*, hoc eſt, *proprium* Epifcopum. Et quidem uſque ad ſæculum undecimum, Curiones Eccleſiarum Parochialium in Eccleſiis Gallicanis dictos fuiſſe *Presbyteros Cardinales* ostendit ex illius temporis monumentis auctor tractatus Gallici *De Origine Cardinalium pag. 16. edit. 1670.*

VIII. Atque hoc ſenſu intelliguntur Sacerdotes *Cardinales* in *Cap. 2.* „De Officio Archipresbyteri; quos etiam antiquus Gloſographus vocat *principales*; & in Corpore Juris Canonici correcto editionis Antverpienſis anni 1648. ad marginem notatur ex Antonio Auguſtino: „*Cardinales* Sacerdotes hoc loco non Urbis tantum Romæ, ſed *aliarum* etiam Civitatum *primos* interpretantur, quibus tituli, id eſt, *Parochiæ* committuntur.”

Auctor dictæ Decretalis dicitur *Leo Papa*, abſque expreſſione ulteriori; ſed Antonius Auguſtinus monet, *Leonem IX.* appellari à quibusdam ex veteribus libris: quæ inſcriptio ſi vera ſit, vel ex hac Decretali habemus, etiam etate Leonis IX. id eſt circa medium ſæculi XI. Parochialium Eccleſiarum Curiones, fuiſſe dictos, Sacerdotes *Cardinales*.

Itaque *Cardinales* Eccleſiæ Romanæ, quemadmodum aliarum Eccleſiarum, erant Presbyteri & Diaconi qui Eccleſiis & titulis Presbyterorum aut Diaconorum erant intulati ſeu *incardinati*, tanquam *fixi* ac *proprii* Miniſtri.

IX. Porro Diaconie erant loca, in quibus per Diaconos Regionarios pauperes viduæ, pupilli, ſenes cujuſque Regionis alebantur; habebantque hæc loca, quæ quali publicæ domus hoſpitale: erant, Oratoria ſeu ſacella adjuncta. Qui igitur hiſce locis tanquam *proprius* Diaconus ad miniſtrandum dictis perſonis, & loca illa regenda præſciebatur, Diaconus *Cardinalis* appellabatur, erantque hujusmodi *Diaconie* ſive domus hoſpitales in ſingulis Urbis Regionibus; atque ideo *Diaconi* illi etiam dicti fuere *Regionarii*.

X. At uſu harum Hoſpitalium domorum paulatim exoleſcente, ipſique ædibus dirutis, ſolis ſacellis ac oratoriis nomen *Diaconie* adhæſit, à quibus tandem *Diaconi Urbis Romæ* dicti fuere.

Porro hæc Diaconie per quatuordecim Regionem Urbis diſtributæ erant; atque hinc primitus Diaconi hiſce præſecti dicti ſunt *Cardinales* primæ, ſecundæ, &c. Regionis; ſcilicet à Regione in qua titulus ipſius ſitus erat. At luſſeſſa temporis antiquata hac appellatione, dici ceperunt, ad exemplum Cardinalium Presbyterorum, Diaconus *Cardinalis* hujus vel illius Diaconie v. g. *Theodori, S. Adriani* &c. nimirum à titulo Diaconie.

XI. His quatuordecim Diaconiſ, ſive titulis *Cardinali-*

um Diaconorum additi jam pridem fuerunt (ait Onuphrius Panvinius in libro *De Epifcopatibus, Titulis & Diaconis Cardinalium pag. 25.*) quatuor alii Diaconi *Cardinales*, quorum munus tantum erat, Lateranenſi Baſilicæ, vel Pontifici Romano, ibidem celebrandi miniſtrare, quos & Altaris Lateranenſis miniſtros appellatos fuiſſe legi, ſicque XVIII. numerus exple-

tus. XII. Hæc Onuphrius, qui ibidem *pag. 27.* enumeratis hiſce octodecim Diaconiſ ſive Titulis Cardinalium addit: „Porro autem hæc Diaconie ſemper fuiſſe legi & nunquam vel additis novis, vel antiquis ſublatiſ mutatas uſque ad Leonis X. Pontificatum, qui primus omnium Romanorum Pontificum, Diaconiam tuam novam adjunxit, quæ fuit Diaconia *S. Onuphrii in Vaticano*, quam Joanni Cardinali Lotharingo à ſe creato tradidit.”

XIII. Titulos *Cardinalium Presbyterorum* viginti octo qui ante milleſimum & centeſimum ab hinc annum exiſterunt, *pag. 8.* enumerat Onuphrius; quorum aliquos circa tempora Gregorii I. mutatos fuiſſe monet, ita tamen ut numerus viginti octo Presbyterorum Cardinalium integer permaneret, ut habetur ex Pandolpho Piſano in vita Gregorii II. uſque ad Honorii Papa II. tempora, annumque Chriſti 1125. quo id obſervari deſiſſum, uti latius exponit Onuphrius *pag. 17.*

XIV. Quoad *Cardinales Epifcopos*; cum antiquitus Epifcopus *Cardinalis* alius non eſſet, niſi *proprius* & *intulatus* Eccleſiæ cujuſque Epifcopus; nullus in Urbe Roma præter Epifcopum Romanum ſive Pontificem dici potuit Eccleſiæ Romanæ Epifcopus *Cardinalis*. Unde & multis ſæculis ignoti fuerunt alii *Epifcopi Cardinales* Eccleſiæ Romanæ; atque admodum verſimile eſt, non niſi circa ſæculum XI. & XII. conſtituiſſe quod narra: Onuphrius *pag. 13.* nimirum quod „Eccleſiæ Lateranenſi, quæ eſt ſpecialis Sedes Romani Pontificis, propter ſuam, & Romani Epifcopi excellentiam *ſeptem* Epifcopi ex circumvicinis civitatibus aſſignati ſunt, qui ſuis ſtatibus ſolemnibusque diebus ſinguli coram Romano Pontifice in eadem baſilica celebrarent divina Myſteria, vel Pontifici celebranti aſſiſtentes eſſent, atque ob eam cauſam poſtea Epifcopi & *Cardinales*, id eſt, *Principales*, quod huic Eccleſiæ & Romani Pontificis miniſterio adſcripti eſſent, appellari ceperunt.”

XV. Hi ſeptem Cardinales Epifcopi ſi jungantur cum 28. Cardinalibus Presbyteris, & 18. Diaconiſ, conſtitunt 53. Cardinales; qui numerus tamen circa tempora Honorii II. id eſt, circa initium ſæculi XII. minui cepit; & ad incertum numerum ſenſim delabi. Imo teſte Onuphrio *pag. 18.* ad eam paucitatem redacti ſunt, ut non eſſent niſi ſeptem Cardinales viventes, videlicet tres Presbyteri & quatuor Diaconi, quando creatus fuit Nicolaus III. anno 1277. qui ibidem notat, poſt tempora Nicolai III. ruſus cepiſſe augeri numerum Cardinalium; qui ut nec graves Eccleſiæ eſſent, nec ſuperflua numeroſitate viſcerent, quod numerum 24. excedere non poſſent, in Concilio Baſil. cautum eſt.

XVI. „Primus Papa Xyſtus IV. nullâ habitâ ratione Decreti Concilii Baſilienſis, ſupra omnes Prædeceſſores ſuos) ſi Onuphrio *pag. 18.* credimus) Cardinalium numerum maximè ampliavit; cujuſ exemplum optimè ſecutus eſt Alexander Papa VI. Nullus tamen horum Pontificum antiquum 53. numerum exceſſit, ut eſſent videlicet plures quam 53. quum nec eum numerum attingerint; ſed omnium Romanorum Pontificum primus fuit Leo X. qui antiqui ſtatuti ratione non habitâ, in magnâ illâ 31. Cardinalium creatione, veterem & antiquum atque à nullo umquam Romanorum Pontificum exceſſum numerumque longe ſuperavit. Nam ſub Leone X. plus minus 65. Cardinales ſimul viventes fuerunt, quod nunquam alias contigerat poſt fundam-

fundatam Romanam Eccleſiam. Ejuſ exemplum ſecuti ſunt Paulus III. & qui nunc vivit Paulus IV. Prior enim ad 63. numerum Cardinales auxit, ſequens ad 70. quem quoque numerum nunquam fuiſſe ſatis conſtat. Hæc ille.

XVII. Hunc numerum tanquam reſpondentem ſeptuaginta viris, quos de Senioribus in ſuum adjutorium ex mandato Domini aſſumpſit Moyses, & ſeptuaginta Diſcipulis, quos binos ante faciem miſit Chriſtus, retinendum decrevit Xyſtus V. in ſua Conſtitutione quæ incipit, *Postquam Verum ille*, decernens, ut poſt ſequentium connumerationem omnibus cujuſque ordinis Epifcopis, Presbyteris & Diaconiſ *Cardinalibus*, qui nunc ſunt, quique in futurum creabuntur, cuncti ſimul numerum *ſeptuaginta* nullo umquam tempore excedant, ac talis numerus quovis prætextu, occasione vel cauſa etiam urgentiſſimâ minime augeatur. Declarans inſuper electionem ac nominationem alicujus ultra dictum numerum *nullam irritam ac inane*.

XVIII. Hic eſt ergo modernus Cardinalium numerus quorum titulos, & à quibus Pontificibus novi erecti fuerint, in citato libro enumerat Onuphrius; hoc unâ monens, hodie duntaxat eſſe ſex Epifcopos Cardinales; eo quod Eccleſia Epifcopalis SS. Rufinæ & Secundæ aliâ Sylvæ Candide Calixto II. unita fuerit Epifcopatu Portuenſi.

Quemadmodum circa numerum Cardinalium varia pro temporum varietate interceſſit diſciplina, ita nec minor circa Cardinalium eminentiam ac dignitatem intervenit mutatio.

XIX. Antiquitus enim Cardinales Romanæ Eccleſiæ alii non erant, ut ex jam dictis facile eſt colligere, quam ipſe Romanæ Eccleſiæ ordinarius Clerus, conſtans ex Presbyteris & Diaconiſ. Unde *Presbyterium* ad Clerum S. Cornelii Papa ad S. Cyprianum, idem fuiſſe quoad officium & functiones cum hodierno Cardinalium Collegio notat Panælius in notis ad citatam epiſtolam Cornelii: „Presbyterium, ait, intelligit tum hic tum paulo poſt, Collegium, ſive Senatium (ut loquitur D. Hieronymus epiſtola ad Ruſticum) *Cleri Romani*, utpote ſine quorum conſilio arduum nihil ſoleat agere Romanus Pontifex. Atque adeo, tum hinc tum ex epiſtolis Cypriani ad Clerum Romanum, conſtat, Presbyteros & Diaconos Eccleſiæ Romanæ, in eadem auctoritate jam olim fuiſſe, quæ nunc *Cardinales*; eodem etiam munere functos, quo nunc *Cardinales*; nempe ut eſſent Conſilarii, & Aſſeſſores Epifcopi Romani. Quod plane perſpicuum ſit ex verbis illis epiſtole ad Cornelium: *ſtrentiſſimo illo Clero tecum præſenti*. Erant tamen illis Epifcopi tum temporis ſuperiores res. Hæc Panælius.

XX. Cum ergo Cardinales R.E. non eſſent niſi Presbyteri ac Diaconi ſuis reſpective Eccleſiis aut Titulis *incardinati*; ipſum Clerum Eccleſiæ Romanæ eo modo conſtituentes, quo aliarum particularium Eccleſiarum Romanæ Presbyteri ac Diaconi ſue reſpective Eccleſiæ Clerum conſtituebant, nullâ quoque ſupra reliquos prærogativâ in illa qualitate eminebant: quemadmodum ſex aut ſeptem illi Epifcopi Romanæ adjacentes, etiam poſtquam R.E. Cardinales creati fuere, ob eam cauſam (ut monet Onuphrius *pag. 30.*) neque Patriarchis, neque Metropolitanis vel Archiepiſcopis, neque etiam Epifcopis aliarum Civitatum, licet Cardinales non eſſent, ante ſe tamen conſecratis, digniores erant, nec etiam eos præcedebant: ſed eorum præcedentia erat ratione temporis, quo Epifcopi creati fuerant: etenim Epifcopus *Cardinalis* Oſtienſis, ſi poſt Epifcopum Veronenſem, qui non erat Cardinalis, vel poſt alium quemque creatus fuiſſet, ſuperiorem eo locum, neque in conſeſſu neque in procedendo habebat, eos tantum Epifcopos præcedebat, qui poſt eum creati fuerant: quæ omnia idcirco dico, quod nihil dignitatis aut præminentie illis dabat antiquitus, eſſe Cardinales. Hæc ille, unâ obſervans, quod

uſque ad tempora Gregorii VII. & Urbani II. id religioſè obſervatum eſt.

XXI. Et ſi Zerolæ in praxi Epifcopali, verbo *Epifcopus*, aliſque Canoniciſ credamus, Epifcopi uſque ad Clementem V. & Joannem XXII. erant in dignitate ſupra Cardinales; quin imo, ut poſt alios Canoniciſ aſſerit Barboſa *Lib. 1. juris Eccleſ. cap. 3. numer. 17.* uſque ad tempora Bonifacii VIII. nullus erat Epifcopus, qui vellet fieri *Presbyter Cardinalis*, quia putabant non licere deſcendere à *majori dignitate ad minorem*.

Et Ludovicus Gomelius in proemio ad Regulas Canonicas, „Epifcopi uſque ad tempora Clementis V. & Joannis XXII. in Eccleſia Dei, ita in excelſo honoris & exiſtimationis ſtatigio poſiti fuerunt, ut dignitate deprimi ac gradu minui arbitrarentur, ſi ex Epifcopis ad Cardinalatus officium aſſumerentur.

XXII. Quo verò tempore creſcere ceperit Cardinalium R.E. dignitas, nequit præciſe determinari; illud ſat conſtat, ſenſim atque gradatim ad eam, in quo modo conſpiciuntur, eminentiam perveſſe.

Et quidem Cardinalium dignitatem cum Eccleſiæ & Romani Pontificis dignitate ſemper creviſſe, monet Onuphrius *pag. 34.* unâ advertens, dignitatem Pontificis Romani maximam fuiſſe tempore Alexandri III. „Sub quo, ait, Romana Eccleſia ad maximum in terris ſtatigium eveſta fuit, Imperatore potentiſſimo Frederico Abenobarbo, eoque Eccleſiæ Romanæ inſeſtiſſimo hoſte, conculcato, victo, pacemque ab Eccleſia petere coacto.

XXIII. Tunc ergo, teſte Onuphrio, primum ex Epifcopis Cardinales fieri ceperit: hæc tamen moderatione, ut quoties accideret aliquos creari Cardinales, qui Epifcopi vel Archiepiſcopi eſſent, ſingulis una ex *Cardinalibus* Eccleſiis (Epifcopalibus) tradebatur, quod tunc incongruum videretur, ex Epifcopo Presbyter fieri, ſed minus incongruum ex Epifcopo vel Archiepiſcopo fieri *Epifcopus Cardinalis*.

XXIV. Succedentes Pontifices Cardinalium eminentiam ac dignitatem continud magis magisque elevarunt; pluraque eminentiæ atque dignitatis ornamenta & argumenta addiderunt.

Innocentium IV. ipſis Cardinalibus, cum à Summo Pontifice ad Terras Eccleſiæ regendas mitterentur, *rubrum pileum* tradidiſſe circa annum Domini 1244. „ex reſatis Canoniciſ reſert Barboſa loco citato n. 8. additque, Quod poſtea vel per conſuetudinem, aut expreſſam conſtitutionem *omnibus* Cardinalibus datum eſt.

Paulus II. „publico Decreto mandavit, propoſitâ poenâ (teſte Ciacomio in ejus vita) ne quiſquam *birretam coccineam* præter Cardinales ferret. Quibus etiam primo Pontificatus ſui anno, *pannum* ejusdem coloris dono dedit, quo equos & mulas ſternerent, dum equitarent.

Hæc Cardinalitia inſignia cum tantum Cardinalibus à Clero ſæculari aſſumptis, eſſent data, Gregorius XIV. etiam *Regularibus rubrum pileum* conceſſit, & aliquibus tunc præſentibus propria manu impoſuit; uti videre eſt in ejus Conſtitutione quæ incipit *Sanctiſſimus*, eſtque nona inter ejus Conſtitutiones in Bullario Romano.

XXV. Poſt hæc ſub Urbano VIII. decretum fuit, ut jam non *Illuſtriſſimi* vocarentur, prout hæcenus, ſed *Eminentiſſimi*, huncque titulum non eſſe communicandum niſi ſolis Electoribus Eccleſiaſticis Imperii, & vetitum Patriarchis, Primatibus, Archi-Epiſcopis, Epifcopis aliſque Prælatiſ ſub poenâ anathematis titulum illum aſſumere.

XXVI. Denique Innocentius X. anno 1645. confir-mavit Decretum Congregationis Sacrorum Rituum, quo præcipitur omnibus Cardinalibus, etiam quacumque natalium ſeu præcellentium aliarum dignitatum prærogativâ inſignitiſ, ut *ſolo nomine Cardinalis* contenti, non aliis tituliſ nuncupentur, nec uti inter eos poſſint, quam